1561 die 28 Aprilis

Ex Ms. Bielinsiano.

243

Eidem Regi Sig. Aug. Matt. Crom.

Literas Cces. Mttis nudius quartus mihi traditas mitto Mtti V. regiae. Quid autem ijs contineatur, perinde scio ac scivi quid Mtti V. regia Mtti ejus scripserit, nisi quod his ad illas respondetur. Mitto simul responsum quale mihi datum est de induciis Hungaricis. In Hungaria nuper Turcae castellum quoddam opportunum noctu interverterunt, Arcem vero aliam obsident. Cui non succurretur fortassis. Feruntur enim esse ad 4000. Hic autem nihil parati sint. nihil prodest pax et tributum. Orator Gallicus novus vir insignis hodie venit huc videtur suspectus esse his principibus. Dicitur habere mandata etiam ad protestantes principes. De concilio incerta adhuc sunt omnia. Quod restat Deum precor ut Mttm V. regiam diutissime salvam et incolumem servet. Viennae 28 April. 1561.

Wspomina, względem pracy woienney w Węgrzech, przesyłam.